di cupiditas explebatur, aquas illas mel appellauit, non quo natura
aquarum fuerit commotata, sed quod dulcedo poculi instar mellis sitien
tibus & desiderantibus obtiner&; Igitur cum haec ita sint, nec dubitare
a quoquam de his possit, nisi si sit aliquis aut contentiosissimus (aut stultissimus), non ne pa
lam est & in propatulo, quod simplicior uictus & mensa mediocris plurimum
iocunditatis habeat & uoluptatis; E contrario uero diuitum mense execrabiles,
quaedam & horride, ac morborum & contaminationes plene; & sicut ait
quidam de prudentibus, in quibus molesta sunt, & iam quae delectabilia uiden
tur; Sed honores inquid conferunt diuitiae & inimicas ultiones facilius dare
praestant; & ob hoc uidebitur necessarium esse opus diuitiarum, quia auctus
ministrat & irae tribuit effectum, atque inanes ambitionum bullas inflat
amplius, & extollit in maius, quodque superbiae malum tumidius erigit, immo
potius pro his omnib; maxime erunt fugiendae diuitiae, hoc est enim feras quas
dam bestias in animis suis homines sponte conlocare & in pectoribus suis nutrire,
& iterum diuitiae suadent ut honore quidem uero caelesti quis careatur, fal
sum uero hunouer illius colore solum quodam & simulata imagine fucatum
requiri honorem, non ueritate sed nomine; sicut enim plerumque meretricis
uultus cum turpis & foedus est per naturam fucis & coloribus pigmentatus pro
stituitur ad decipiendos eos qui ignorant quae foeditas sub uelamine fuci illius
contegatur, Ita & diuitiae faciunt quae cum adolatione uolunt honorem uideri;
Neque enim uoces illae populi per quas iudicibus adclamatur, ex ueritate proferunt, si ipsis
quib; fucatum honoris & depingitur; Nam si conscientias interroges adclamantium tibi,
inuenies apud eos numquemque eorum mille te captibus accusari; Denique ubi
m&us cessauerit potestatis & publicae pompę fuerit scena resoluta tunc ui
deas quanti oblatrantes, quanti oblaquentes, quanti insimulantes & in omnis
exsilissent qui prius adclamabant, & inmensis te laudibus extollebant, haec tu
honorem dicis & has diuitias quaerendas credis, quae & iam si sponte adessent
recussanda erant, plures nimodum quam amoris adquirunt; Sed uis tibi osten
dam honorem uerum; honor uerus uirtus animi est, hic honor neque a caesa
ribus praestatur, neque adulatione conquiritur, neque pecunia praepa
ratur, nihil fucati in se habet, nihil simulati, nihil occulti, huius honoris suc
cessor nullus est, accusator nullus, nullus ingratus, hic honor temporibus non
mutatur, nec tyrannos patitur, nec picturam tabulae metuit aliquando
dolendam, sed uindictam inquid inimicorum sumere non possum; haec

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0306